



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rervm
Christianarvm Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Cap. VI. De eodem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

*sacerdotem inspiraverat Deus ad reparationem Hebræorum
voluminū, sub captivitate Nabugodonosor Regis corruptorum.*

C A P. VI.

De eodem.

Hoc Irenæi testimonium ad reverentiam divinarum scripturarum posuimus, licet quibusdam ecclesiasticis viris videatur Apocryphum, pro eo maxime, quod *Iosephus*, scriptor Hebræorum, nihil tale affirmat, sed in una eademque Basilica scribit eos pariter contulisse. Quod & beatus *Hieronymus* in præfatione Pentateuchi contestatur. Sed jam ad narrationis ordinem revertamur.

C A P. VII.

De miraculo in exercitu Christianorum.

Igitur, Antonini temporibus, quibus tot mala illata esse referuntur, Marcus Aurelius frater ejus bella infert Sarmatis ac Germanis: cuius exercitus dum siti periclitatur, quidam milites Christiani, qui aderant, supplicant; quorum supplicationibus, & pluvia large de cœlo profusa reficit exercitum, & fulmina crebro corruscantia fugant eminus hostes. Narrant & hoc Gentilium historiæ, sed qui hoc à nostris impetratum esse, subticendo dissimulant. Antoninus regnavit xix. annis.

C A P. II X.

De diversis hæresibus diversorum hæreticorum.

Interea moritur Antoninus, Commodus succedit Imperio.